



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2520. Kommissarien des Königs Siegmund von Polen und des Kurfürsten
Joachim legen einige Streitigkeiten ihrer Unterthanen bei, am 25. Juli
1527.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

nach der Eicheyde, das ander mahel an der andern seitem nach dem Rewen jst aufgeschossen bis vf den andern weg, Lotstich genannt, dar sich alsdann die grenitz endigt, dar auch ein grofs ortmal ist auffgeworffen, mit kalen vnd steinen gezeichnet, vnd ist zu merken, das auch einmahl umb das ander, ein mal an der ein seytt des wegs, das ander an der andern seyt, jst darymb geschehen, das sich derselbe weg nach Nigendorp oftmals verandert, das derwegen wen ein mal vmb das ander gehalten wird, die grenitz sich nicht veranderen khann. Hiemit ist dieselbige grenitz also freuntlich vereinigt vnd vertragen: vnd wir Joachim, von gots gnaden Margggraue zw Brandenburg etc., Bekennen —, das wir jn diese getzogene grenitzen, vereinigung vnd vortrag — gewilligt. — Czu vrkunt — haben wir vnser Insigell vnd pitschir an diesen entscheidet hengen lassen, der gegeben ist am dornstage nach Exaudi, Christi geburt funfzehnhundert und darnach jm siben vnd zwanzigsten Jhare.

Nach dem Originale des K. Geh. Staats-Archives, 430.

2520. Kommissarien des Königs Siegmund von Polen und des Kurfürsten Joachim legen einige Streitigkeiten ihrer Unterthanen bei, am 25. Juli 1527.

Nos infra scripti Johannes, Dei gratia Episcopus Posnaniensis, Stanislaus de Costroles, Comes Palatinus et Margenburgerensis, Stamenfis, Bidgostensisque Capitaneus, Lucas de Gorca, Castellanus Posnaniensis, Capitaneusque maioris Polonie generalis, per serenissimum Principem et Dominum, Dominum Sigismundum, Dei gratia Regem Polonie, Magnum Ducem Lituanie, Ruffie, Prussieque ac Maffovie etc. Dominum ac heredem, Dominum nostrum clementissimum, nec non Georgius, Dei gratia Episcopus Lubucensium et Ratzburgerensium, Philippus de Mosebach, Senescalcus, Melchior de Pfuel, Conradus de Burgstorff, Capitaneus Cüstrinensium et Aduocatus noue Marchie, et Wulfgangus Redorffer, utriusque Juris Doctor, Prepositus Stendaliensis, per Illustriss. Principem et Dominum, Dominum Joachimum, Dei gratia Marchionem Brandenburgensem, Sacri Romani Imperii principem Electorem et Archicamerarium, Stetinensium, Pomeranie, Cassubiorum et Sclauorum Ducem, Burggrabium Norenbergensem et principem Rugie, Dominum nostrum gratiosissimum Commissarii et Delegati, per eorundem gratias constituti et deputati, inter generosum et strenuum Dominum Stanislaum Miskofski de Myrov, Capitaneum Mesericensem ex una, et Reuerendum ac Religiosum Dominum Vitum de Thümen, Ordinis S. Johannis Magistrum partibus ex altera, actionum, litium, differentiarum atque simultatum quorundam, videlicet inter partes prefatas ortarum, significamus tenore presentium uniuersis presentibus et futuris

presentium notitiam habituris, Quomodo utriusque domini paci et tranquillitati pro debito officii nostri equiter consultum unanimitate voto atque omnium libero assensu, res omnes atque differentias utrinque diligenter perpendentes eam que infra sequitur tulimus et ferimus per presentes inter partes prefatas amicabilem compositionem.

Primum et ante omnia reuerendus et religiosus Dominus Vitus de Thümen, Magister ordinis S. Johannis, pro ea incursione in Regnum sacre Regie Maiestatis facta, inque castrum et oppidum Mezeritz manu armata quocunque modo patrata, debet suffragia et intercessionem quibus potest honestioribus modis gratiam sue Majestatis placare infra hinc et festum S. Michaelis proximum. Sed quia ea ipsa Reverendi Domini Magistri in Regnum incursione damna imprimis generoso et strenuo Domino Stanislao Miskoffski de Myrou, Capitaneo Mesrizensi, eiusque nonnullis seruatoribus et subditis ciuibus Mesrizensibus illata sunt, simul etiam Respublica inclyti huius regni ad impensam non necessariam hac occasione deducta est; Promiserunt subscripti Commissarii Illustrissimi principis Domini Marchionis Electoris prenominati pro communi pace atque amicitia utrobique conseruanda reponere atque ad debitam quitantiam sub nomine et signo Magnifici Domini Luce de Gorca, Capitanei Majoris Polonie etc., prefati exoluere pro ipso die sancti Michaelis proximi futuro duo millia florenorum Rhenensium in Moneta Marchica usuali, triginta duos grossos Marchicos pro quolibet floreno computando in Monasterio Paradisiensi sine quauis dilatione excusatione cautela aut iuris et facti quocunque remedio in manus magnifici Domini Luce de Gorca, Capitanei maioris Polonie Generalis etc. prefati, vel eo absente in manus eius, quem sua Magnificentia in locum suum ad tollendam ipsam summam duorum millium florenorum Rhenensium deputauerit. Et nos Georgius, Dei gratia Lubucensium et Ratzburgensium Episcopus, Philippus de Mosebach, Senescalcus, Melchior de Pfuell, Conradus de Borgstorff, Capitaneus Cüstrinensium atque Noue Marchie Aduocatus, et Wulffgangus Redorffer, utriusque Juris Doctor, prepositus Stendaliensium, Illustrissimi principis ac Domini, Domini Joachimi, Marchionis Brandenburgensis, domini nostri gratiosissimi in hunc conventum missi consilarii et Commissarii, quia ad communis pacis atque tranquille vicinitatis vicissitudinem et ex commissione Illustrissimi Principis ac presenti nisu maximopere conamur, promittimus sub bona fide et honore nostris et pollicemur manu coniuncta ac indiuisa, prefatam summam duorum millium florenorum Rhenensium loco et tempore atque in Moneta Marchica supra expressa nos deposituros atque exoluturos.

Quia vero non desunt alie plures atque inveterate differentie inter subditos sacre Regie maiestatis ab una, et subditos Illustrissimi principis Marchionis Brandenburgensis principis Electoris etc., partibus ab altera, dignabitur sua sacra Majestas successu temporis captata occasione oportuna legatis atque commissariis ad decidendas et componendas huiusmodi ab utraque parte controversias literas mittere atque sublegare, quod idem ipsum Illustriss. Princeps Dominus et Dominus Joachimus, Marchio Brandenburgensis, facere quoque dignabitur, inherendo institutis in conuentu nouissimo,

ut in hoc loco factum, ut partes hinc inde querelarum suarum iustitiam consequi possint. Consultum quoque paci communi continere se debet Generosus et strenuus Dominus Misskoffchi, Capitaneus prefatus, ne villas Templou, Zarcyn, Langvool et Borschyn ad majora tributa, onera et labores forte compellat, quam ab antiquis usque temporibus iusta et laudabili consuetudine semper fuit observatum. Quapropter incole villarum prefatarum, quantoties de suis gravaminibus atque insolitis seruitiis per eos, qui per Magnificum Lucam de Gorca, Capitaneum maioris Polonie Generalem etc., ad hoc deputati fuerint, audiri debent, et si constare poterit, ultra antiqua obsequia illis preter equitatem aliquid novi impositum esse, quod taliter destituantur, et debitis et ab antiquo solitis seruitiis contributionibusque suis duntaxat obligati permaneant. Ne vero simultatum postea noua possit esse inter partes offensio, eius preterite offense inimica aliqua commemoratione, volumus et decreuimus, ne deinceps queuis partium hoc nostro edicto amicabile mediante audeat damna et contumelias ad iniuriam sibi reputare nec pro eis utriusque partis seruitores adherentes et amici vel facere vel dicere, sed ut vicinos decet honeste, amice et concorditer simul esse et viuere debebunt et tenebuntur. Hec autem omnia et singula, que nos superscripti Commissarii in hoc conuentu pro pace et equitate communi sententia arbitrati de mutuo consilio et consensu egimus et decreuimus ea lege id actum pronunciamus, ne quid iuribus, privilegiis et vetustis obseruationibus tam Regni quam Reuerendi Domini Magistri suoque ordini preiudicii afferre possit. Imo iuribus utriusque partis per omnia saluis, harum testimonio literarum, quibus sigilla nostra sunt subimpressa. Datum in Falkenwaldt villa, feria quinta post festum S. Jacobi Apostoli proxima, Anno domini Millesimo quingentesimo vicesimo septimo.

Johannes, Episcopus Posnaniensis, manu propria.

Stanislaus, Comes pp.

Lucas de Gorca, C. pt. et Capita. pp.

Georgius, Episcopus Lubucensium, manu propria.

Wolfgangus Redorffer, V. J. Doctor, prepositus Stendaliensis, Manupp.

Aus einer neuern Copie.

2521. Kaiser Karl V. erklärt die Stadt Magdeburg in die Acht und Oberacht, weil sie die Lutherische Lehre angenommen und dem Erzbischofe Eintrag gethan, und gebietet allen, die mit ihr verbunden, namentlich auch dem Kurfürsten von Brandenburg, sich der Vollstreckung anzunehmen, am 30. September 1527.

Wir Carl der fünffte, von G. Gn. erwelter Röm. Kayser etc., Entbieten allen und yeglichen Chur-Fürsten, Fürsten, geistlich und weltlich, Prälaten, Graven,